



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore  
Animato Lib. VII.**

**Dandini, Girolamo**

**Parisiis, 1611**

Digres. 10. Quid Aristoteli διανοια Quid υπόλφις, ad tex.com. 43.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

vtouis rerum, siue necessariarū, siue contingentiū genere, solam habet probabilitatem. Ita genus omne intellectōis comprehenditur.

Opinionem porrō veram dixit; non prudentiam veram, nec scientiam veram. Quōd opinio vera esse possit & falsa, velut Dardali statua, vt apud Platonē in Manone loquutus est Socrates; quā nisi ligentur au fugiunt. Prudentia non nisi ex rectā rationis præscripto: nec scientia, nisi vera. Immo hæc non falsitatē modō & errorem, sed formidinem quoque omnem & dubitationem pellit. Intellectōnem non rectam nequaquam partitusest, nec singillatim exposuit: quia vno cōtrariōrum cognito facile alterū intelligitur. Propterea vniuersē solum dixit eam esse, quæ prudentiæ, scientiæ, & opinioni veræ aduersatur. Hæc autem sunt imprudentia, error seu deceptio ignoratiōis, quam prauī habitus & affectiōis vocant, falsaque opinio. Et hæc quidem est propositiōis explicatio.

Assumptiōis verō, quæ sentire dicitur semper esse rectē, numquā non rectē; illa est probatio: quoniam sensus circa propria obiecta semper est verus, numquā falsus. Nimirum si tres illæ adfuerint conditiones, quas interpretes græci adnotarunt. Si organum inquam fuerit benè affectum; si obiectum nec nimis remotum nec plus æquo propinquum; si denique mediū opportunè dispositum, neque aliena re contaminatum aut impeditum. Ex vtraque autem hac propositiōe quilibet potest argumentum concludere; Intelligere atque sentire, intellectum & sensum, idem non esse.

Iam sensum, quæ deterior animæ virtus est, non errare ait Philoponus, quando circa singula per se & seorsim veratur: at si cum intellectu coniungatur, qui res vniuersas cognoscit, facit vt ille erret, notiones vniuersas particulares efficiendo. Assumptio enim in ratiocinatione practica particularis est atque ex sensu accepta.

Quæ cognitio propter singularum rerum mutationem & inconstantiam minus certa est, & interdum falsa. At hæc minime sunt ad rem: Cum Aristoteles non de practico solum intellectu, sed vniuersē loquatur. Quamobrem satis fuerit affirmare; causam, cur sensus numquā erret, aut certē vt Themistius & Simplicius inquit, plurimum verus sit; intellectus autem erret per se; duplicem esse, tum obiecti conditionem, tum cognoscendi modum. Sensus angustum & limitatum, certoque entium genere contentum, atque adeo in aperto positum obiectum habet.

Intellectus amplissimum, vastissimum, & occultissimum. Sensus rem præsentem cognoscit, simplicique intuitu & absque compositione cōprehendit. Intellectus absentia plerumque, abstractione vtens, compositione, atque vnius ex alio ratiocinatione. Qui sane transitus ex vno in aliud erroribus multis ac deceptionibus est obnoxius. Vnde in tex. 22. libri noni Metaph. loquens philolophus de intellectu siue ratiocinatione operante, deque simplicium cognitione, in ijs dixit falsitatem non esse, sed ignoratiōnem meram aut frustrationem. Quoniam intellectus aut rem attingit totam, aut planē non attingit. Ad modum etiam operandi pertinet; quōd intellectus noster cum sensu coniunctus non nisi per sensum intelligit; vixque potest comprehendere quidquam,

Sensus semper verus.

Cuius sensus minus quam erret, intellectus iustus iuste.

quod sensu non comprehendatur. Idcirco dum ipse aut sensum prius sequitur, eo modo res comprehendendo, quo proponuntur à sensu: aut liberius excurrit; errat per se: vt in entium spiritualium, quæ à sensibus remota sunt, cognitiōne manifestum est. Neque hoc tam intellectus, quàm sensus imperfectionem testatur.

Alterum argumentum est; quoniam sensus animalibus omnibus communis est, eoque cum cetera fruuntur: ratiocinatio propria illorum est peculiaris, quibus inest ratio; hoc est solis hominibus, aut si quod est aliud eiusmodi animal, vt in tex. 29. antea dicebatur: & omnino perparcis, vt in superioribus verbis affirmatum est. Quæ pro hoc commune argumentum est, quo tum sapientum intelligere diuersum esse à sensu demonstratur.

Quamquam Themistius argumentationem priorem secus exposuit: bipartitoque diuisit, ita vt duas contineret. Alteram; Rectæ rationis virtutes sunt, prudentia, scientia, opinioque vera, virtutes autem, imprudentia, inscientia, & opinio falsa. At nullum horum conuenit sensui: intellectus igitur & sensus non sunt idem. Alteram verbis illis contentam (neque hoc vtique idem est quod sentire). Quoniam sensus circa obiecta propria verus est, vixque fallitur vnquam: intellectus contra sæpius in proprijs errat, quàm in communibus; hoc est circa res singulas potius, quàm circa naturas vniuersas. Sanè vtraque argumentatio ad id, quod agitur confirmandum opportuna est: sed Aristotelis verbis minus accommodata, nihil multa omnino addantur. Verbaque illa (neque hoc vtique idem est quod sentire) cum orationis initio coniungenda sunt; vt probandam propositiōnem contineant, Neque intelligere idem esse quod sentire.

Digressio x. Quid Aristoteli diuina, quæ dicitur.

Verum illud mihi prætermittendum non est, quod cum in commentarijs 2. lib. sæpius adnotauerim, diuina Aristoteli ad res, intellectum, pertinere & mentem; id ex hoc loco triplici argumento manifestissimū est. Primum, quōd vt intellectum à sensu separatū esse ostenderet, vt Aristoteles, quod sanè diuina operationem significat, opposuit sensui; cum sensum semper esse verum dixit, diuina autem posse esse cum verum tum falsū. Non igitur ad sensum, sed intellectum pertinet diuina. Alterum; cum vt res spiritus imprudentiam, scientiam, & opinionem veram partitus esset, & vt res spiritus in ea, quæ illis contraria sunt (quæ omnia certum est ad intellectum pertinere) statim subiungit diuina, quasi idem sit, aut certē ad eandem pertineat facultatem, ad quam pertinet veritas. Tertium; quōd apertis verbis diuina dixit nulli inesse, cui non inest ratio: quoniam videlicet operatio quædam rationis est. Cui simile est, quod in primo lib. de part. anim. cap. 1. cum disputaret, naturalis philosophi non esse de intelligente anima disserere; postquam res & rationem nominasset; rationis principium aliud quidquam esse, non rationem, hoc argumento probat; quoniam ratio in alijs item animalibus inest, diuina verò in nullo alio, quàm in homine, vt igitur, rationem & diuina ad eandem animæ vim pertinent.

pertinent. Apertissimus etiam locus est in tex. 5. lib. 3. huius operis de anima. Vbi cum intellectum animam nominasset, subiungit hæc verba, λέγει οὖν ὅτι, ὅτι διανοεῖται καὶ φαντασιάζεται. ἢ λέγει, ὅτι ἴσθι in διάνοιαν & φαντασίαν diuiditur, etque dianæ intellectus propria operatio. Et in tex. 10. de intelligente anima loquens vt à phantasia distincta est atque intelligendo intuetur phantasmata, διανοητικῶς φαντασίᾳ appellat. Et rursum in tex. 40. cum dianæam & sensum dixisset: De intellectu, inquit, & sensu dictum est satis. Vbi Simplicius dianæam ait intellectum appellari, quod intellectus nomen in omnem rationalem vitam dilatat philosophus. & sanè si ab intellectu & sensu diuersa dianæa sit, manca fuisset cognitionis diuisio in dianæam solam & sensum, dum eodem in loco duo hæc prorsus cognoscendi ac iudicandi propria in animalibus ponit, intellectusque; deesse, qui cognoscens item facultas est. In tex. quoque 49. cum practicum intellectum dixisset, in practicum statim dianæam mutat vocem. Considera, inquit Philoponus, quod practicum intellectum dianæam appellat practicum.

Eadem Græcorum omnium interpretum sententia. Inter quos Themistius enarrans textum 150. quod Aristoteles appellauit ὄντιν sensui oppositum λόγον καὶ διάνοιαν interpretatus est. Et in textum 152. rem eandem scripsit ὄντιν, διανοητικῶς καὶ φαντασίᾳ, ὄντιν & διάνοιαν appellari. Et rursum paulo post. Si quod irrationalium animalium dianæa particeps esse dicatur, abusioem vocis esse. Nullo modo illa participant; sed quædam phantasia sola reguntur. Quæ tota sententia ex tex. 32. lib. 2. accepta fuit. Ac demum in lib. 2. de mem: & remin. cap. 14. apertè ita pronuntiauit, ἔστι δὲ ἡ διάνοια, ἡ τὸ ἴσθι εἰς ἀποσπαστικὴν εὐρησίαν, ἢ τὸ ἴσθι εἰς ἀποσπαστικὴν εὐρησίαν. Nil aliud est dianæa, quam intellectus cum phantasia operatio: intellectus inquam, vt cum phantasia operatur. Et rursum cap. 18. τὸ ἀποσπαστικὸν διανοητικόν ἐστὶ τὸ γὰρ φαντασιάζεσθαι, ὄντιν. hoc est reminisci dianæa est, siquidem consultare intellectus functio existit. Eadem igitur animæ virtus dianæa & intellectus. Et Philoponus διανοητικὸν ὄντιν, hoc est intellectum potestate, quod tum bene, tum male; tum verè, tum falso, intelligere possit, dianæam nuncupari affirmavit, cum intellectum à sensu philosophus distinxit. Ac rursum dianæam circa vniuersalia operari, eiusque actionem rectam scientia & opinione vera contineri. Et hæc quidem hoc loco. In perfectione etiam totius operis, & commentario superiori & in expositione tex. 150. & cum eo Simplicius, verborum illorum interpretationem facientes (διανοητικὸν αὐτὸ & falso accidit, nec inest vlli, cui non etiam ratio) dianæam inquit ratiocinatricem mētis actionē significare, actumque rationis, qui à propositionibus ad conclusionem transit, & idèd solam errare & decipi. Et rursum in tex. 157. vbi philosophus nominabit ὄντιν, dianæam subaudiendam esse adnotabit idem Philoponus. Et in commentario tex. 162. phantasiam à mente & dianæa expurgari & corrigi. Et in commentario tex. 21. lib. 3. vbi duplicem intellectus actionē faciet philosophus, impartibilem apprehensionem, & eorum compositionem, ὄντιν & φαντασίαν, intellectum & dianæam distingui idem ipse Philoponus interpretabitur: quod intellectus simplicium sit, dianæa compositum; ille veri tantum, hæc veri & falsi. Et rursum

sum Simplicius in textu 66. lib. 1. dianæam rationalem esse cognitionem intellectus, & rationalis animæ operationem. & cōment. 89. operationes rationales quæ corpore, hoc est sensu & phantasia adiunante vtuntur, consueuissè Arist. διανοητικὰς appellare: ratiocinationes inquam intellectus practici, quæ circa singularia versantur.

Ergo cognitionem omnem ita partitum Aristotelem fuisse Philoponus autumat: Cognitionem nostram vniuersam in sensum & communionem ὄντιν primum diuiditur. Sensus eorum est, quæ sunt extra: ὄντιν eorum, quæ intra. Hæc autem vel rerum est particularium, vel vniuersarum. Particularium est phantasia, quæ intellectus passius vocatur. Vniuersarum is, qui propriè ὄντιν est. Rursum res vniuersæ aut ratiocinatione, aut meliori, aut deteriori modo, quam per ratiocinationem, cognoscuntur. Qui meliore modo cognoscit, theoreticus est intellectus, qui habitu & actu dicitur. Ratiocinatio tum eam facit, quæ dianæa propriè appellatur, tum communionem φαντασίᾳ, hoc est existimationem; quæ & dianæam & δόξαν, cogitationem & opinionem, comprehendit. Qui demum deterius quam ratiocinatione, operatur intellectus, opinionem habet propriè & existimationem. Denique dianæa vel circa theoretica versatur, vel circa practica. In theoreticis ἐπιστήμη, id est scientiam, parit. In practicis, si consilio agenda sint, εὐβουλίαν, prudentiam: si consilio non egeant, τέχνην, artem.

In qua partitione tota quinque omnino obseruanda sunt, ei, quæ sequitur, explicationi maxime necessaria. Primum, iure optimo vereque dictum à Themistio fuisse, rem eandem ὄντιν, λόγον καὶ διάνοιαν appellari. Alterum; ὄντιν & ὄντιν tum propriè sumi posse pro solo intellectu, tum ampliori acceptione pro interiori quavis cognitione in nobis ipsis, non abobiecto externo, excitata. Tertium, phantasiam interdum ab Aristotele ὄντιν appellatam fuisse, quatenus interioriorem. Huiusmodi cognitionem habet, qualem habet intellectus, meliorem eam, quæ à presenti obiecto est in sensu externo. Quartum, dianæam non ad sensum, sed ad intellectum pertinere: eamque illius vim & actionem significare, qua ratiocinatur & ab vno ad aliud transit, atque à principiis ad conclusionem progreditur. Et idèd à Philopono potestate vocatur, & Aristoteles in textu 32. lib. 2. λογιστικὸν καὶ διάνοιαν pro eodem vsurpauit: neque διανοητικόν, quod hoc loco nominat, aliud est, quam ratiocinari. Quintum; φαντασίᾳ propriè idem esse quod δόξαν, & opinionem significare: ampliori autem significatione dianæam item (quæ cognitionem certam habet) & quamuis ratiocinatione comparatam completi: quo modo Themistius cum textum 157. interpretabitur, δόξαν φαντασίᾳ speciem esse inquit.

Ex quibus omnibus manifestum est, quantopere ab Aristotelis vera sententia aberrant Auerroës & qui eum sequuntur, dum de dianæa, quam appellant cogitativam, ita illi loquuntur, vt eam dicant materialem, corpoream, & sentientem virtutem esse, quæ circa res singulas ratiocinetur, quemadmodum circa vniuersas intellectus. Eam enim Aristoteles Græcique interpretes idem cum intellectu esse voluerunt: neque

Phantasia in intellectu seu via dicta.

Centra cogitativam Auerroës.

